

QUÆSTIONES ANNO 1864

COLLATIONIBUS THEOLOGICIS

In Archidiœcesi Quebecensi Discutiendæ.

MENSE JANUARIO.

Sempronius parochus in archidiœcensi Quebecensi, non habens facultatem absolvendi a reservatis, Petrum absolvit a crimine publici et notorii concubinatus. Paucis post acceptam absolutionem diebus elapsis, Petrus, urgente tentatione contrà fidem, heretici formalem scribit nullo teste, et statim peccati penitens et fiduci sincerni actum elicens, chartam in ignem projicit et ad Sempronium vadit, a quo absolutionem eum lacrymis petit et obtinet. Quæritur:

- 1°. Quid circè casas reservatos in hâc archidiœcensi et circè eorum absolutionem?
- 2°. Quid in specie circè absolutionem sive privatam, sive publicam ab heresi?
- 3°. An valeant absolutiones Petro concessas et quid nunc agendum?
- 4°. An Sempronius aliquam poenam incurserit?

Caius missionarius duo tantum saera paramenta ad missam celebrandam secum assert, unum flavum vel multicolorum, quo utitur diebus quibus rubrica prescribit colorem album, vel rubram, vel viridem; alterum verò violaceum quod adlibet in adventu et quadragesimâ et in missis defunctorum. Quæritur:

- 1°. An rubrica de colore paramentorum obliget sub gravi, vel sub levi?
- 2°. An licet uti colore flavo loco aliorum, vel habere paramentum multicolorum?
- 3°. An possit missa *de requiem* celebrari cum paramentis violaceis?

MENSE MAIO.

Sempronius neo-presbyter, in parochiæ S.... possessionem nuper ingressus vicinos parochos adit et consulti cirkè plura quæ ad quotidianam praxim attinent. Hæc autem comperit:

Caius ardentissimo zelo flagrat contrà novas quasdam mulieres vestes quas immodestas reputat. In concessionibus frequentissimè insurgit contrà feminas quæ ampla vestimenta, vulgo *crinolines*, vel fasciolas (*rubans*), vel rotunda capitis operimenta (*chapeaux ronds*) induunt. Absolutionem denegat, etiam tempore paschali, pueris quæ his rebus utuntur et matribus quæ id permittunt. Quando